

F.K. 65

2

Kat. 4

Z d
4721

23.

Rachals
VIRO SUMMO
DOMINO
JOHAN. GEORGIO

Rachals

SERENISS. ELECTOR. SAXONIÆ IN DITIO-

NIBUS METALLICIS

PRÆFECTO PRIMARIO,

Nec non

TRACTUS NIGROMONTIO-Crottendorphiani

PRÆPOSITO GRAVISSIMO,

MATREM non ita pridem DILECTISSIMAM,

Nunc verò etiam

UXOREM SVAVISSIMAM FOEMINAM,

Dum erat in vivis

SEXUS SJI

VIRTUTIBUS UNDIQVAQUE CLARISSIMAM

**ANNAM-MAGDALENAM,
E CELEBRI ET ANTIQVA PERSONIO.**

RUM PROSAPIA ORIUNDAM,

QVÆ DIE XXVI. SEPTEMBRIS,

A. O. R. M. DC. LXXVII.

Ex hâc terrestri ad illam Cælestem

beatè emigravit vitam,

acerbè

LUGENTI

Cœleste, firmumqve animi robur

precatur

Compater & Affinis

M. C. Schindler / E. E. P. P.

—
CYGNEÆ, Typis Samuelis Ebelii.





Denata est GENITRIX, dolor hinc
Tibi natus acutus,
Nam Tibi qvæ Vitæ stabat origo,
cadit.

Denata est UXOR, proprii pars optima cordis,
Remigiis animæ corpus inane jacet.

Quem non morte suâ CONJUX fidissima fletit,
Hunc ego nil hominis corde tenere puto.

Denata est GENITRIX, à qvà Tibi vita resultat,
Denata est CONJUX, altera vita, Tibi.

Defunctæ pariles, in qveis sua justa tenebant
Cum pietate fides, cum probitate pudor.

Defuncta est CONJUX cordis regina domusq;
Qvæ teneram prolem ritè regebat, obit.

Defuncta est Uxor, sed non demortua Christo,
Ut vixit Domino, mortua sic Domino.

Ambæ

Ambæ defunctæ mundo, mundiq; susurris,
Sed non sunt Cœlo mortuæ, & inde DEI.
Ambæ defunctæ: sed sic ut mortuus illas
In cœlō adspiceres. Num regat ergo dolor?
Parce igitur lacrumis, animo seclude dolorem,
Et fac Velle DEI, sit qvoq; Velle Tuum.
Vivendo hic morimur, moriendo vivimus, inde
Non nisi per lacrymas vitaq; morsq; subit.
Interea tua damna leva spe plenus: ademptas
Falce DEI magnō fœnore reddet ager.
Conjux millenis precibus pretiisq; reverti
Sollicitata retrò, talia verba daret:
Nunc age, mitte tuas, dilecte Marite, querelas,
Ut contecta solo molliter ossa cubent.
Nam paradisiacas valles sedesq; beatas
Perlustro, & vitâ commodiore fruor.
Membra ubi non morbi, non vexant pectora curæ
Sæva ubi nil sævæ tela timenda necis.

Qvin

FR2d 4721

Qvin potius si vis gratus post fata probari,


Exhibitiqve boni si memor esse cupis,

SINT TIBI SOLLICITO CURÆ TRIA PIGNORA

LECTI,

ID MIHI CONSTANTIS PIGNUS AMORIS

ERIT.



1017


MC



F.K.65

2

Kat. 4



23.

Rachals

VIRO SUMMO
DOMINO
JOHAN. GEORGIUS RACHALS

SERENISS. ELECTOR. SAXONI
NIBUS METALLICIS
PRÆFECTO PRIORIS

Nec non
TRACTUS NIGROMONTIO-CROMATICO-PRÆPOSITO GRA
MATREM non ita pridem DIL

Nunc verò etiam

UXOREM SVAVISSIMAM
Dum erat in vivis
SEXUS SWI

VIRTUTIBUS UNDIQVAQUE
ANNAM-MAGDALENE CELEBRI ET ANTIQUA
RUM PROSAPIA ORIENS
QVÆ DIE XXVI. SEPTEMBER A. O. R. M. DC. LXXII.

Ex hâc terrestri ad illam Cœlestem
beatè emigravit vita acerbè

LUGENT

Cœleste, firmumq;e animi

precatur

Compater & Affinis

M. C. Schindler/E.

CYGNÆ, Typis Samue

